

Lungitur & caelum Terris; & nubibus Aër,
Ignis aquae, per uos ditatur Piscibus Acquor,
Terra feris, per uos flores, et gramina Tellus
Fert iniussa, opibusq; suis mortalia pascit,
Quinetiam inter se fontes, et flumina lata
Lunguntur, penetrantq; inuicem telluris opaca
Viscera, cum siculis Aethusa in vallibus erret,
Et Mare Piscaas Lybicum discriminet oras,
Alpheus tamen hanc sub fluctibus Helidis erras
Ingreditur, fructuraq; optato uxoris amore.
Omnia nam tandem connubia dulcicia vincunt,
Indomitos tauros, impacatosq; Leones
Illa sibi subigunt, illi feritate relicta
In molles Veneris nexus, et vincla vocantur,
Coniugis & propriae blando flectuntur amore
Vsq; adeo nihil est, quod non Connubia tentent,
Illa incompositis primaeva ab origine mundi
Congestum Chaos omniyarum animantibus aucler
Edidit ut rerum diues Natura per illa
Omnibus & rebus res omnes gigneret, inde